distant land and built a monastery there. But since we have said enough about the way David lived, let us now once more return to his miracles.

§ 33. One day the brethren gathered together and complained. "This place", they said, "has water in winter but in summer the river flows as scarcely even a trickle." When he heard this the holy father set out and went to the place nearby where the angel would talk to him; and earnestly praying there at great length, with his eyes raised to heaven,<sup>67</sup> he asked for the essential water. While he was praying, a spring of the clearest water flowed out; and since that region produced no vines, the water was turned into wine for celebrating the sacrament of the Lord's Body and Blood, so that in his time they would never want for pure wine. This was a most worthy gift to such a man from the Lord God. But we also know of other sweet waters that were provided by his disciples, in imitation of the father, for the use of mankind and the benefits of health.

§ 34. One day, moreover, a peasant named Terddi, appealing and entreating excessively, was pleading for charitable assistance, saying, "Our land is exhausted of water, and so we have a laborious journey to fetch water because the river lies a long way off." But the holy father, sympathizing with the needs of his neighbours and being a humble man, gave it his attention, believing that by the lowly request of the petitioner, and by his own most humble compassion, he would be able to find water. And so he went forth and made a little opening in the surface of the soil with the point of his staff, and the clearest spring flowed out; its stream welled up all the year round, providing the coldest water, even in the hot season.

§ 35. Another time, while his disciple, Saint Aidan, happened to be out of doors reading a book given to him to strengthen his learning, the abbot of the monastery showed up and ordered him to take two oxen and go down to fetch firewood from the valley, for the forest was some distance away.<sup>68</sup> Aidan the disciple, being obedient, as soon as it was said, and not taking care to shut the book, made for the forest. When he had prepared the wood and harnessed the beasts, he started to walk back.

<sup>67</sup> Jn. 17.1.

<sup>68</sup> St Aidan, introduced in § 15 as one of David's three most devoted disciples, is nowhere in the Life identified as Irish, though his name is Irish. He is better known in Ireland under the hypocoristic name Maedóc (see § 42 below; Maodhog in Modern Irish, St Mogue). This story appears in a more detailed and exotic form in the Life of St Maedóc (§ 12), which was available to Rhygyfarch, and is also to be found in BL MS Vespasian A. xiv.

enim silua in longinquo posita. Discipulus autem Aidanus citius dicto obediens nec <sup>c</sup>claudendi librum moram accipiens siluam petit. Paratis autem lignis iumentisque impositis regrediens uiam carpit. Via autem<sup>d</sup> ad preruptum gradiebatur precipitium <sup>e</sup><sub quo mare influit. Veniente autem ad precipitium> uehiculo boues precipitati sunt in mare. Ruentibus autem signum imponit crucis, atque ita factum est ut ex undis sanos et incolumes cum uehiculo accipiens boues letus ingrederetur uiam. Cum autem iter faceret tanta pluuiarum inundantia exoritur ut fosse riuulis fluerent. Perfecto itinere, solutisque e labore bobus, ubi librum reliquerat ingreditur, sicque apertum et a pluuiis illesum repperit <sup>f</sup>‘sicut dimisit’. Fratribus autem hec audientibus, et patris gratia et discipuli humilitas pariter collaudatur<sup>f</sup>. Nam patris gratia librum indicabat <sup>g</sup><a><sup>g</sup> pluuiis intactum obedienti seruatum discipulo, discipuli autem humilitas boues patri custodit incolumes. **36** Sanctus autem Aidanus ad plenum eruditus, uirtutibus pollens<sup>a</sup> plurimum excoctis ad purum uitiiis Hiberniam petit; constructoque <sup>b</sup>monasterio ibi quod Hibernensi lingua Guernin uocatur, sanctissimam duxit uitam.

**37** CUM autem nocte Paschali orationem impensius assequeretur, apparuit ei angelus, inquiens, ‘Nosti quod uenerabili sancto Daid<sup>a</sup> uestro scilicet patri crastina die uenenum a quibusdam fratribus ad prandium apponetur?’. Sanctus autem <sup>f</sup>‘Aidanus’ respondens, ‘Nescio,’ inquit. Cui angelus, ‘Mitte,’ ait, ‘ex ministris quendam patri ad indicandum.’ Respondens autem sanctus Aidanus, ‘Nec nauis,’ inquit<sup>b</sup>, ‘parata, nec uentus ad nauigandum est directus.’ Cui angelus inquit<sup>c</sup>, ‘Condiscipulus<sup>d</sup> tuus, Scutinus nomine, ad litus pergat maris, ego enim eum illuc transferam.’ Discipulus autem obediens litus petit, mare intrat ad genu<sup>e</sup>. Accipiens autem eum belua transuexit ad ciuitatis confinia. **38** Peractis autem Paschalis festiuitatis solemnibus, sanctus pater <sup>a</sup>Daid agius refectorium ad prandium una cum fratribus petit. Cui obuius factus est quondam discipulus eius Scutinus. Narratisque<sup>b</sup> omnibus que erga eum gesta fuerant et que de illo angelus mandauerat, pariter in refectorium discumbunt leti gratias Deo agentes. Finita oratione, assurgens diaconus, qui patri ministrare consueuerat, panem ueneno confectum mense inponit, cui cocus et economus consenserant. Scutinus autem, qui et Scolanus aliud nomen habens, se erigens, ‘Hodie,’ inquit<sup>c</sup>, ‘nullum, frater, patri ministerium adhibebis. Ego enim impendam<sup>d</sup>’.

<sup>c</sup> claudendi librum V ] librum claudendi ND

<sup>d</sup> autem <qua> V, an attempt to restore sense lost through the omission later in the line

<sup>e</sup> om. VN<sup>23469</sup> by eye-skip; the same mistake must have happened at least twice.

<sup>f</sup> collaudatur N ] collaudantur V celebratur D

<sup>g</sup> a ND ] om. V

§ 36

<sup>a</sup> uirtutibus pollens V ] the word pollens is out of place in ND, following uitiiis, and different copies make different attempts to restore sense or resort to omission.

<sup>b</sup> ibi monasterio ND

§ 37

<sup>a</sup> Dewi ND

<sup>b</sup> inft ND

<sup>c</sup> inquit V

<sup>d</sup> <autem> ND

<sup>e</sup> genu VN ] genua D

§ 38

<sup>a</sup> Daid agius V ] Dewi ND

<sup>b</sup> narratisque V ] narratis ND

<sup>c</sup> inquit V

<sup>d</sup> impendam VN ] ministerium impendam D

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

Now, the road led to an abrupt precipice, under which the sea flowed. When the cart came to the precipice, the oxen fell into the sea. But he made the sign of the cross over them as they tumbled; and so it came about that he received the oxen and the cart safe and sound from the waves and joyfully proceeded on his way. But as he was travelling, such a rain-storm suddenly blew up, that the ditches flowed with streams of water. When he had completed his journey and released the oxen from their labour, he went to the place where he had left the book, and he found it open, just as he had left it, and not damaged by the rain. When the brethren heard these things, both the father's grace and the disciple's humility were praised in equal measure; for the father's grace showed that the book was preserved untouched by the rain for the obedient disciple; and the disciple's humility preserved the oxen, unharmed, for the father. § 36. Now, Saint Aidan, when he had been fully instructed, excelling in virtue, his vices purged to the highest purity, travelled to Ireland; and he built a monastery there, which in Irish is called *Fernae*, Ferns, and led a most holy life.<sup>69</sup>

§ 37. Now, on Easter Eve, when he was rather earnestly engaged in prayer, an angel appeared to him, saying, "Do you know that tomorrow, at lunch, poison will be served up by some of the brethren for the venerable Saint David, that is, your father?" Saint Aidan answered, "I do not know." The angel said to him, "Send one of your servants to inform the father." And Saint Aidan answered, "There is no ship ready, and the wind is in the wrong direction for sailing." The angel said to him, "Let your fellow disciple Scuihín go down to the seashore, and I will transport him there." The obedient disciple made for the shore and entered the sea up to his knees; and a sea-beast took him and carried him across to the outskirts of the city.<sup>70</sup>

§ 38. When the Easter solemnities had ended, the holy father, Saint David, made his way, along with the brethren, to the refectory for dinner. His former disciple, Scuihín, met him and told him everything that had been done towards him and what the angel had commanded concerning him. They took their places together at table in the refectory, joyfully giving thanks to God. When they had said grace, the servant<sup>71</sup> who had been accustomed to serving the father got up and placed the bread made with poison on the table (the cook and the steward had agreed to this plan). And Scuihín (who also had another name, Scolanus)<sup>72</sup> got up and said, "Today, brother, you shall not wait upon the father: I shall serve." The servant, being conscious of what he had done, withdrew, confused and stupefied with fear.

<sup>69</sup> St Aidan or Maedóc was the founder of the monastery of *Fernae* (gen. *Fernann*), Ferns in Co. Wexford; as elsewhere Rhygyfarch writes the Irish place-name in a Welsh spelling, Gwernin.

<sup>70</sup> There are other stories of holy men who were carried by sea creatures, but Scuihín appears in the *Félire Oengusso*, when St Bairre, travelling by ship, meets him riding on the waves (ed. Stokes, 41).

<sup>71</sup> Rhygyfarch uses the Greek word *diaconus* 'servant who waits at table', and hence liturgically 'deacon', but there is no evident connotation of clerical status.

<sup>72</sup> Scuihín's alternate name points towards Ysgolan, a figure of Welsh legend who appears in a poem in the Black Book of Carmarthen (Jarman, *Llyfr Du*, 55).

Diaconus autem confusus abscedens, facti conscius, hebetans dirigit. <sup>e</sup>f Accepitque Daid agius panem illud uenenosum, diuidensque in tres partes, unam dedit canicule foris stanti iuxta ostium, statimque ut morsum gustasset misera morte uitam finiuit. Omnes enim pili illius in ictu oculi ceciderunt, ita ut uiscera eius foras erumperent, corio passim infracto, stupueruntque fratres omnes illud uidentes. Misitque Daid agius alteram partem coruo, qui erat in nido suo in fraxino, quę erat inter refectorium et amnem ad australem plagam, moxque ut rostro tetigit exanimis de arbore cecidit. Tertiam uero partem Daid agius in manu sua tenuit, et benedixit comeditque eam cum gratiarum actione, inspexeruntque in eum cuncti fratres miro modo stupentes<sup>1</sup> quasi per tres horas. Ipse autem, nullo mortiferi ueneni signo apparente, intrepidus uitam seruauit incolumem. <sup>1</sup>Nuntiauitque Daid agius fratribus suis omnia, que ab illis tribus predictis uiris facta fuerant. Surrexeruntque fratres omnes, et planxerunt, maledixeruntque illos uiros dolosos, economum scilicet et cocum et diaconum, dampnaueruntque eos et successores eorum, ex uno ore dicentes nunquam habituros eos partem regni cęlestis in ęternum.<sup>1</sup>

**39** ALIO quoque tempore cum inextinguibile<sup>a</sup> desiderium ad sanctorum Petri et Pauli apostolorum reliquias uisitandas haberet<sup>a</sup>, inter ceteros fidelissimus ille abbas Hibernensium<sup>b</sup>, cui nomen Barre, sacram peregrinandi uiam indefessis carpebat plantis. Perfecto salutari uoto, ad monasterii claustra reuertens<sup>c</sup>, sanctum uisitabat uirum, <sup>1</sup>Daid agium,<sup>1</sup> ibique per aliquantulum temporis in diuinis colloquiis ex uoto moratus, prepedita uentorum indigentia nauis qua patriam reuisere parauerat, longiori retardabatur mora. Timens autem ne sine abbate in fratribus contentiones, lites, rixe, soluto caritatis uinculo, exorirentur, ueluti apes, rege perempto, fauorum cellas quas tenaci glutino solidauerant, diruunt, euertunt, sollicita perscrutatus mente mirabile inuenit iter. Nam quadam die equum, in quo sanctus pater <sup>1</sup>Daid<sup>1</sup> ad ecclesiasticas utilitates insidere<sup>d</sup> consueuerat, petiuit. Concessum accepit. Accepta patris benedictione, portum petit, mare intrat; fidens patris benedictione ac sustentaculo equi utitur pro nauis. Equus enim tumentes fluctuum cumulos ceu planum perarabat campum. **40** Cum autem in mare longius graderetur, apparuit ubi sanctus Brendanus super marinum cetum miram ducebat uitam. Sanctus autem Brendanus, hominem in mare uidens equitantem, stupefactus, ait, ‘Mirabilis Deus in sanctis suis.’ Eques appropinquabat ubi erat<sup>a</sup>, ita ut <sup>b</sup>salutare se inuicem possent. Salutantibus <sup>1</sup>illis se<sup>1</sup> mutuo, Brendanus rogat unde esset et a quo uenisset et quomodo in mare equitasset. Cui Barre, narratis suę peregrinationis causis, inquit, ‘Cum me prepedita nauis a fratribus suspenderet, sanctus pater Daid<sup>c</sup> equum, in quo insidere<sup>d</sup>

<sup>e</sup> ND *paraphrases*.

§ 39

<sup>a</sup> cum inextinguibile desiderium . . . haberet V ] cum inextinguibile Hibernensium desiderium . . . arderet ND *By moving the word Hibernensium ND avoids describing Bairre as ‘abbot of the Irish’, and the associated change of haberet to arderet creates an impersonal desire among the Irish to visit Rome.*

<sup>b</sup> om. ND *See previous note.*

<sup>c</sup> reuertens V ] reuersus ND

<sup>d</sup> insidere VN ] insedere D; *compare §§ 40, 43.*

§ 40

<sup>a</sup> erat V ] esset ND

<sup>b</sup> salutare se VN ] se salutare D<sup>3</sup> resalutare D<sup>124</sup>

<sup>c</sup> Daid V ] Dewi ND

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

And holy David took the poisoned bread: dividing it into three parts, he gave one of them to a little dog that stood just outside the door. Immediately, as it tasted the mouthful, the dog died a miserable death, for all its hair fell out in the twinkling of an eye, its bowels ruptured, and its skin was broken all over. When they saw it, all the brethren were astonished. Holy David sent the second part to a crow that was on its nest in an ash tree between the refectory and the river, on the south side. As soon as it touched it with its beak, the crow fell down dead from the tree. Holy David held the third part in his hand; he blessed it and ate it with thanksgiving.<sup>73</sup> All the brethren looked at him with wonder and amazement for about three hours; but undaunted, he confidently preserved his life unharmed and no sign of the deadly poison appeared.<sup>74</sup> Holy David told the brethren about all the things that had been done by those three men. The brethren all rose up and wailed, and they cursed those deceitful people – the steward, the cook, and the servant – and unanimously condemned them and their successors, saying that they should never have a place in the kingdom of heaven.

§ 39. Another time, affected by an unquenchable desire to visit the shrines of SS. Peter and Paul the apostles, that most faithful abbot of the Irish, named Bairre, among others trod the pilgrims' hallowed route with unwearied footsteps.<sup>75</sup> When he had accomplished his soul-saving vow, he turned back towards his own monastic cloisters and visited the holy David. He wanted to linger there for a while in godly conversation, and prolonged his stay because the ship that was made ready for his return to his own country was delayed by a lack of wind. Fearing that, in their abbot's absence, the bond of charity would be loosened and that disputes, quarrels, and brawls would arise among the brethren – just as the bees, when their sovereign dies, pull apart and break up the honeycomb cells which they had fastened together with firmly binding wax – he anxiously searched and found a wonderful way to return. One day he asked for the horse which the holy father, David, had been accustomed to ride on church business. He obtained permission, and having received the father's blessing, he reached the harbour and entered the sea. Trusting in the father's blessing, he used the horse instead of a ship as support. The horse ploughed its way through the swelling crests of the waves as if through a level field.<sup>76</sup> § 40. When he had travelled further out to sea, he came to where Saint Brendan was leading a wonderful life on the back of a whale.<sup>77</sup> Seeing a man riding a horse on the sea, Saint Brendan was astonished and said, "God is wonderful in his saints."<sup>78</sup> The man on horseback was approaching the place where he was, so that they would be able to greet each other. Having exchanged mutual greetings, Brendan asked from what place he might be, from whom he might have come, and how he rode a horse on the sea. Having related the cause of his journey, Bairre told him, "Since my ship's delay was keeping me away from my brethren, the holy father David gave me the horse on which he was accustomed to ride, so that I might have use of it in my need; and

<sup>73</sup> cf. *David agius in manu sua tenuit, et benedixit comeditque eam*: cf. Mat. 26.26, *accepit Iesus panem et benedixit ac fregit deditque discipulis suis et ait, 'Accipite et comedite ...'*

<sup>74</sup> cf. Mk. 16.18: *si mortiferum quid biberint non eos nocebit*.

<sup>75</sup> St Bairre or Finnbar, patron of Cork. The story of his riding St David's horse across the sea appears in the O-text of the Life of St Bairre, quoted by Plummer, *Vitae*, i. 69n.

<sup>76</sup> Compare the Irish story of Manannán, in the voyage-tale *Immram Brain*, who rides his chariot over the sea as if over a flowery plain.

<sup>77</sup> The story is told in the late-eighth-century *Nauigatio S. Brendani*, ed. Selmer, § 10.

<sup>78</sup> Ps. 67.36.

consueuerat, ut eo necessitate fungerer donauit, sicque eius benedictione munitus, talem ingressus sum uiam.’ Cui Brendanus, ‘Vade,’ inquit<sup>e</sup>, ‘in pace. Ego ueniam et uidebo eum.’ Barre autem illeso gressu patriam adiit. Fratribus <sup>f</sup>erga eum que gesta fuerant narrauit<sup>g</sup>. Equum in cellę ministerio <sup>h</sup>usque ad obitum eiusdem<sup>b</sup> tenuerunt. Post obitum uero ad miraculi memoriam depictam equi imaginem formauerunt, que usque adhuc, auro tecta, in Hibernensium insula habetur, que etiam signorum copia claret.

**41** ALIO quoque tempore alius eius discipulus, Modomnoc<sup>a</sup> nomine, cum fratribus uiam prope ciuitatis confinia in procliuo cauabat, quo ad deferenda necessitatum onera uiantibus facilius fieret accessus. Ipse autem cuidam ex laborantibus inquit ‘Quid tu tam desidiose et segniter laboras?’ At ille ad loquentis uerba iracundie permotus spiritu, ferrum, quod manu tenebat, id est, bipennem, in altum eleuans, in uertice eum ferire conatus est. Sanctus autem pater <sup>f</sup>Dauid<sup>1</sup> hoc a longe aspiciens, facto crucis signo, manum ad illos eleuauit, sicque <sup>b</sup>manus ferientis arida facta est.

**42** <sup>f</sup>VERUM pene tertia pars uel quarta Hibernię seruit Dauid Aquilento, ubi fuit Maidoc, qui et Aidanus ab infantia, cui dedit sanctus Dauid tintinnabulum, quod uocatur Crue din. Sed ille, nauigans ad Hiberniam, oblitus est tintinnabuli sui. Misitque Maidoc nuntium ad Dauid agium ut transmitteret ad se gratum tintinnabulum. Aitque sanctus Dauid, ‘Perge puer ad magistrum tuum’. Et factum est, dum reuerteretur legatus ille, et ecce fuit tintinnabulum crastina die iuxta Aidanum clarum, angelo portante trans mare antequam uenisset nuntius eius.<sup>1</sup>

**43** POSTQUAM autem <sup>a</sup>predictus sanctus Modomnoc<sup>a</sup> longo annorum uertigine obedientię humilitati deditus fuerat, crescentibus uirtutum meritis, Hiberniam petiit<sup>b</sup> insulam. Nauim ingressum<sup>c</sup> cuncta apum multitudo eum secuta est, secumque in nauis, ubi insederat<sup>d</sup>, collocauit<sup>e</sup> <sup>f</sup>in prora nauis<sup>1</sup>. Nam idem<sup>f</sup>, apum stationibus inseruiens, cum reliquo fraternitatis opere alueariis ad nutriendos examinum fetus operam dedit<sup>g</sup>, quo indigentibus aliqua suauioris cibi oblectamenta procuraret. Ipse

<sup>d</sup> insidere V ] insedere ND; compare §§ 39, 43.

<sup>e</sup> inquit V

<sup>f</sup> erga eum que VN ] que erga eum D

<sup>g</sup> narrauit VN ] indicauit D

<sup>h</sup> usque ad obitum eiusdem V ] ad eiusdem usque obitum ND usque ad eiusdem obitum D<sup>347</sup>

§ 41

<sup>a</sup> Modomnoc V ] Midimnauc ND, assimilating the name to Welsh orthography as *Myddyfnawg*; the form is phonetically correct.

<sup>b</sup> manus ferientis arida facta est V ] ferientis manus aruit ND

§ 43

<sup>a</sup> predictus sanctus Modomnoc V ] idem discipulus ND

<sup>b</sup> petiit V ] petit ND

<sup>c</sup> ingressum VN ] ingressus D

<sup>d</sup> insederat VD ] insiderat N

<sup>e</sup> collocauit VN ] collocant D

<sup>f</sup> isdem D

<sup>g</sup> dabat ND

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

so fortified by his blessing, I have travelled on such a route as this.” Brendan said to him, “Go in peace. I shall come and see him.” So Bairre reached his country, his journey unimpaired, and told the brethren what had happened to him. They kept the horse in the service of the monastic house until its death. After its death, they fashioned a likeness of the horse in memory of the miracle. To this day, covered with gold, it is preserved in the island of Ireland, and is famous also for a great number of miracles.<sup>79</sup>

§ 41. On a different occasion, another one of his disciples, named Modomnóc,<sup>80</sup> was digging a road with the brethren on the slope near the boundary of the monastery, so that access should be made easier for travellers to deliver their loads of supplies. He said to one of the workmen, “Why do you work so slothfully and slowly?” The worker, excited by a spirit of wrath at the speaker’s words, lifted up the tool that he was holding in his hand (that is, a twin-headed axe), and attempted to strike him on the head. The holy father, David, however, seeing this from a distance, made the sign of the cross, lifted up his hand towards them, and so the hand of the assailant was withered.

§ 42. And nearly a third or a quarter of Ireland served David Aquilentus, where Maedóc was, who was also named Aidan since his infancy. He is the one to whom Saint David gave a little bell,<sup>81</sup> which is called *Crue din*.<sup>82</sup> When he sailed to Ireland, however, he forgot his little bell. So Maedóc sent a messenger to the holy David, so that he might send on to him the pleasing little bell. Saint David said, “Servant, go to your master!” and it happened that, while the messenger was on his way back, behold, the next day the little bell was with the famous Aidan (an angel had carried it across the sea before his messenger could come).

§ 43. The previously mentioned Saint Modomnóc, who had been devoted to obedience and humility over a long course of years while the merits of his virtues increased, afterwards travelled to the island of Ireland. Boarding a ship, a large swarm of bees followed him and settled with him in the prow of the ship where he sat. For he, attending the bee hives in addition to the rest of the work of the community, gave attention to the bee hives in order to nourish the swarms of young bees, so that he might provide the pleasure of some more agreeable food for the needy. He could not, however, endure to be deprived of brotherly communion; he returned

<sup>79</sup> This reference to a miraculous image in Ireland is a surprise. What is it? Gerald of Wales, in his revision of the text, refers to a horse, cast in metal (*fusilem*), with a man sitting on it, decorated with gold and silver, but small in size and portable; he adds that it was kept in the church at Cork and continued to work miracles. The mention of Cork is inferred from the name of the saint, and there is nothing to suggest that Gerald has more precise information than Rhygyfarch. A reliquary of some sort is no doubt possible, but Irish hagiography took little interest in posthumous *miracula*.

<sup>80</sup> St Modomnóc’s name is given in Irish spelling in V and in Welsh, modern Myddyfnog, in ND. He is recorded in *Féilire Oengusa* (13 February); his principal church was *Tipra Fachtnai*, Tipperaghney (Co. Kilkenny), in the territory of Osraige. The name is found as MADOMNUAC in an inscription at Llanllyr, Cardiganshire, in which two men with Irish names dedicate land to the saint (Nash-Williams, *ECMW*, 26, 100 (no. 124); Sims-Williams, *The Celtic Inscriptions*, 69, 320). Gerald of Wales calls him ‘Dominicus Ossoriensis’, telling a story of his introducing bees from Wales to Ireland (*Topographia Hibernie* I 6, ed. Dimock, in Brewer *et al.*, *Opera* v. 29).

<sup>81</sup> *tintinnabulum*: a word found in Ex. 28.33–4; 39.24.

<sup>82</sup> The name of the bell is Irish, *Cruaidín* ‘little hard one’ or ‘little strict one’; the same name was given to the sword of Cú Chulainn.

autem fraterne communionis fraudem non tolerans, iterum sancti patris presentiam uisitans, repedauit, apum comitatus turba, queque ad sua uolitant. 'Cui benedixit Dauid pro humilitate sua.<sup>1</sup> Hinc patri fratribusque ualedicens salutatus abiit, sed iterum apes eum sequuntur<sup>h</sup>, sicque factum est ut, si quando ipse egrediebatur, et ipse sequerentur. <sup>1</sup>Tertio iterum ille nauigauit aliquandiu, et factum est sicut prius. Secutaque sunt eum examina, reuersusque est ad Dauid tribus uicibus. Tertia uice dimisit Dauid agius Modomnoc nauigare cum apibus, et benedixit eas, inquiens,<sup>1</sup> 'Terra, ad quam properatis, uestro sit abundans semine, nunquam ex ea uestrum deficiat germen. Nostra autem ciuitas a uobis erit in eternum deserta. Nunquam in ea fetus uester excrescat.' Quod nunc usque seruatum experimento didicimus, nam ad eiusdem patris ciuitatem examina comperimus deportata, sed ibi per aliquantum<sup>j</sup> temporis mansitantes deficiendo<sup>k</sup> deficiunt. Hibernia autem, in qua nunquam usque ad illud tempus apes uiuere poterant, nimia<sup>l</sup> mellis fertilitate ditatur. Itaque sancti patris benedictione Hibernia creuerunt in insula, cum constet<sup>m</sup> eas nequaquam ibi primo uiuere potuisse, nam si Hibernensem<sup>n</sup> humum aut lapidem mediis apibus immitteres, disperse atque fugaces nimium deuitarent.

44 CRESCENTIBUS autem meritis, crescunt et<sup>a</sup> honorum<sup>b</sup> dignitates. Nam quadam nocte ad eum angelus affuit, cui inquit, 'Crastina die precingens calcia<sup>d</sup> te, Ierusalem usque pergere<sup>e</sup> proficiscens, optatam carpe uiam. Sed et alios duos comites itineris uocabo, Eliud, scilicet,' qui nunc Teliau uulgo uocatur, qui quondam eius monasterio interfuit monachus, 'necnon et Paternum,' cuius conuersatio atque uirtutes in sua continentur hystoria. Sanctus autem pater, admirans imperii preceptum, dixit, 'Quomodo hoc fiet, nam quos promittis comites trium uel eo amplius dierum spatio a nobis uel a semetipsis distant? Nequaquam ergo pariter crastina conueniemus die.' Angelus ad eum nuntiat, 'Ego hac nocte ad quemquam illorum uadam, et ad condictum, quod nunc<sup>f</sup> ostendo, conuenient.' Sanctus autem 'Dauid<sup>1</sup>', nichil moratus, dispositis cellulę utilitatibus, accepta fratrum benedictione, primo mane iter incepit. Peruenit ad condictum, repperit ibi promissos fratres, pariter <sup>g</sup>uiam intrant. Equalis commeatus, nullus enim mente alio prior, quique eorum minister, quique dominus, sedula oratio, lacrimis uiam rigant. Quo amplius pes incederet, merces excresceret, una illis<sup>h</sup> anima, una leticia, unus dolor.

<sup>h</sup> sequuntur V ] secuntur ND

<sup>i</sup> ND *paraphrases*

<sup>j</sup> aliquantum V ] aliquantulum ND

<sup>k</sup> deficiendo V ] decrescendo ND, *presumably to avoid the repetition.*

<sup>l</sup> *om.* V

<sup>m</sup> constet V ] constat ND

<sup>n</sup> Hiberniensem V, *though V usually has the spelling Hibernensis.*

§ 44

<sup>a</sup> et VN ] *om.* D

<sup>b</sup> honorum VD<sup>347</sup> ] bonorum ND<sup>12</sup> *It would appear that ND shared the error bonorum but some of the D witnesses were able to correct it.*

<sup>d</sup> calcia VN ] et calcians D<sup>128</sup> et caligas D<sup>3</sup> et caligans D<sup>47</sup>

<sup>e</sup> pergere VN ] peragere D<sup>12</sup> peregre D<sup>478</sup>

<sup>f</sup> nunc V ] tantum N<sup>19</sup> tamen N<sup>2346</sup> tibi modo D

<sup>g</sup> uiam intrant V ] intrant uiam ND

<sup>h</sup> illis ND ] illius V

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

again to visit the presence of the holy father, accompanied by the swarm of bees, and every one flew to its hive. David blessed him for his humility. Then he bade farewell to the father and the brethren and departed; but again the bees followed him, and so it came about that whenever he went out they would follow him. He sailed again a third time for a good while, and it happened as before. The swarms followed him, and he returned to David three times. The third time, holy David sent Modomnóc away to sail with the bees, and he blessed them, saying, "May the land to which you are hurrying be abundant with your offspring; may your progeny never be lacking in it. May our monastery always be deserted by you. May your young never increase in it." We have learned by experience that this has remained the case until the present, for we have found out that swarms of bees that have been brought to the father's monastery remained there for just a short time, and when they left, they disappeared. Ireland, however, where bees could never live until that time, is enriched with a great abundance of honey.<sup>83</sup> So, by the holy father's benediction, they have increased in the island of Ireland, since it is well known that there was no way they could live there before; for if you threw Irish earth or stone into the midst of the bees, they would very much avoid it, dispersing and flying away.

§ 44. As his merits increased, so also did his rank and respect. For one night, an angel came to him, and said, "Tomorrow, put your shoes on and set out to travel to Jerusalem and make the journey you have longed for.<sup>84</sup> I shall also call two others to be your companions on the way, namely Eliud" (who is now commonly called Teilo and was formerly a monk of this monastery), "and also Padarn" (whose life and miracles are contained in his own history).<sup>85</sup> The holy father, wondering at the authority of the command, said, "How shall this be done?"<sup>86</sup> For those whom you promise to be my companions live three days' distance or more away from us and from each other; therefore we cannot by any means meet tomorrow." The angel said to him, "Tonight, I shall go to each of them, and they will come to the appointed place, which I shall now reveal." Saint David made no delay, but having organized the useful things of his cell, he received the blessing of the brethren and began his journey early in the morning. He reached the appointed place, met the promised brethren there, and they went on their way together. They were equals as fellow-travellers, no one considered himself to be above the other, each one of them was a servant, each one master. Constant in prayers, they watered the road with tears. The further their feet took them, the greater was their gain. They had one mind, one joy, and one sorrow.

<sup>83</sup> Gerald of Wales, *Topographia Hiberniae* I 6 (ed. Dimock, 29), was aware that 'some tell that St Dominicus of Ossory introduced bees into Ireland', but his source may have been Rhygyfarch. The claim is first found in *Féilire Oengusa* (ca 830), ed. Stokes, 60: 'In a little boat Modomnóc, from the east over the bright-hued sea, brought – vigorous cry – the outstanding race of the bees of Ireland.'

<sup>84</sup> Cluniac influence having been instrumental in its popularity on the continent. In England around this time we know, for example, of a group of Canterbury pilgrims in 1090 (Haskins, 'A Canterbury monk'); and the Wadham gospels (Oxford, Wadham College, MS 2; first generation after 1066) have a well-informed depiction of the holy sepulchre, likely to be based on a model of the edicule brought back by a pilgrim.

<sup>85</sup> The reference is to the extant *Vita S. Paterni*, on which see Thomas and Howlett, *Vita Sancti Paterni*.

<sup>86</sup> cf. Lk. 1.34.

45 CUM autem trans mare Britannicum uecti Gallias adirent ac alienigenas diuersarum gentium linguas audirent, linguarum gratia ceu apostolicus ille cętus ditatus est 'pater Daud<sup>1</sup>', ut ne in extraneis degentes gentibus interprete egerent, et ut aliorum fidem ueritatis uerbo firmarent. 46 Tandem ad optate ciuitatis Ierusalem confinia peruenerunt. Nocte autem illa ante eorum aduentum patriarchę in sompnis apparuit angelus, dicens, 'Tres ab occidentis finibus catholici adueniunt uiri, quos cum gaudio et hospitalitatis gratia suscipies, et mihi in episcopatum benedicendo<sup>a</sup> consecrabis.' Patriarcha uero tres honoratissimas sedes parauit<sup>b</sup>. Aduenientibus autem sanctis ad ciuitatem, magno letatus est<sup>c</sup> gaudio, eos benigne suscipiens paratis sedibus. Spirituali colloquio freti, grates Deo referunt. Deinde diuina fultus electione, ad archiepiscopatum 'Daud agium<sup>1</sup>' prouehit. 47 His peractis, eos alloquens patriarcha, 'Obedite,' inquit, 'uoci meę, et que precipio attendite. Iudeorum,' inquit, 'potestas inualescit in christianos. Nos commouent, fidem repellunt. Parete<sup>a</sup> itaque et ad predicationem singulis procedite diebus ut eorum uiolentia, confutata, conquiescat, noscens christianam fidem occidentis finibus diuulgatam ac ultimis terre extremitatibus decantatam.' Obediunt imperio. Predicant singuli per singulos dies. Fit grata predicatio. Plures conuertunt<sup>b</sup> ad fidem. Alios roborant. 48 Perfectis omnibus, ad patriam conantur redire. Tunc patrem Daud<sup>a</sup> b'patriarcha quatuor<sup>b</sup> muneribus ditauit, altari scilicet consecrato, in quo dominicum sacrabat corpus, quod innumeris uirtutibus pollens, nunquam ab hominibus ab eius pontificis obitu uisum est, sed pelleis uelaminibus tectum, absconditum latet; insigni etiam nola, sed et ipsa uirtutibus claret; baculo; 'et auro texta tunica<sup>c</sup>. Qui baculus, gloriosis choruscus miraculis, totam insignis predicatur per patriam. 'Sed quia,' inquit patriarcha, 'laboriosa uobis sunt in itinere ad ferendum, ad patriam redeuntes, in pace reuertimini. Ego autem post uos transmittam.' Patri ualedicunt, patriam adueniunt. Quisque autem eorum patriarchę promissum expectantes, per angelos missa sua accipiunt munera, Daud<sup>d</sup> quidem in monasterio, cui nomen Langemelach<sup>e</sup>, Paternus, autem, et Eliud, quisque eorum in suo monasterio. Inde ea uulgus uocat e celo uenientia.

§ 46

<sup>a</sup> benedicendo ND ] *om.* V

<sup>b</sup> sedes parauit V ] parauit sedes ND

<sup>c</sup> est VN<sup>145</sup> ] *om.* N<sup>2369D</sup>

§ 47

<sup>a</sup> parete VN<sup>69D</sup> ] parate N<sup>1234</sup> *The agreement of VD over N is decisive, and it is possible that N<sup>69</sup> are scribal corrections.*

<sup>b</sup> conuertunt ND, *where a transitive verb is clearly correct* ] conueniunt V

§ 48

<sup>a</sup> Daud V ] Dewi ND

<sup>b</sup> patriarcha quatuor V ] quatuor patriarcha ND

<sup>c</sup> et auro texta tunica V ] et tunica ex auro texta ND *Perhaps one should read et ex auro texta tunica ?*

<sup>d</sup> Daud V ] Dewi ND

<sup>e</sup> Langemelach VN<sup>1234</sup> ] Langemelech N<sup>1D</sup>

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

§ 45. When they had sailed across the British sea<sup>87</sup> and arrived in Gaul, they heard the strange languages of different nations, and father David was endowed with the gift of tongues, just as the apostolic company was, so that when they were staying among foreign peoples they should not lack an interpreter, and also that they should confirm the faith of others by the word of truth.<sup>88</sup> § 46. At length they approached the outskirts of the longed-for city of Jerusalem. On the night before their arrival, an angel appeared to the Patriarch in a dream, saying, "Three catholic men have come from western lands; receive them with joy and the grace of hospitality and consecrate them into the episcopate for me." And the Patriarch prepared three seats of the highest honour. When the saints entered the city, he rejoiced with great gladness,<sup>89</sup> and graciously placed them in the chairs he had prepared. Supported by spiritual conversation, they rendered thanks to God. Then, secured by divine election, he promoted holy David to the archiepiscopate. § 47. When this was done, the Patriarch spoke to them, and said, "Obey my voice, and give heed to what I shall order. The power of the Jews," he said, "is increasing against the Christians. They are disturbing us, and they reject the faith. Obey, therefore, and go out to preach every day, so that, being confuted, their violence may be subdued, knowing that the Christian faith is published in western lands and proclaimed in the farthest ends of the earth."<sup>90</sup> They obeyed the order; each of them preached every day; and their preaching met with success. They converted many to the faith, and they strengthened others.<sup>91</sup> § 48. When everything was done, they planned to return to their country. Then the Patriarch enriched father David with four gifts: namely, a consecrated altar on which he used to consecrate the Lord's Body, and which worked innumerable miracles (it has never been seen by men since the death of its bishop but is hidden with hide coverings); also a remarkable bell, which itself was also famed for its miracles; a staff; and a coat woven from gold. The staff, lustrous with glorious miracles, was famous throughout the country. "But," said the Patriarch, "because it will be laborious for you to carry them on your journey when you return to your country, make your way home in peace, and I shall send these gifts after you." They bade farewell to the father and returned to their country. Each one of them awaited what was promised by the Patriarch, and received his gifts, carried by angels. David, indeed, received his gift in the monastery named Llangyfelach; and Padarn and Eliud each received his gift in his own monastery. Hence the common people claim that the gifts came from heaven.

<sup>87</sup> i.e. the English Channel.

<sup>88</sup> cf. Acts 2.6, 8; and 1 Cor. 12.10, 28.

<sup>89</sup> A distinctively biblical usage: cf. 1 Kgs 1.40; 1 Chr. 29.9; Tob. 11.21; Mt. 2.10.

<sup>90</sup> cf. Acts 1.8.

<sup>91</sup> On the tensions between Christians and Jews at this time, see Cohen, *Under Crescent and Cross*, 140–43.

**49** QUIA uero post sancti Germani secundo auxilia Pelagiana heresis, suę obstinationis neruos, ueluti uenenosi serpentis uirus, intimis patrię compaginibus inserens, reuiuiscibat, uniuersalis cunctorum Britannię episcoporum synodus colligitur. Collectis itaque centum decem et octo episcopis, innumerosa affuit multitudo presbiterorum, abbatum, ceterorum ordinum, regum, principum, laicorum, uirorum, feminarum, ita ut cuncta circumquaque loca grandis nimis exercitus operiret. Episcopi autem inter se musitant, dicentes, ‘Nimia adest multitudo et non solum uox sed etiam tubę clangor in cunctorum auribus insonare nequibit. Totus itaque fere populus, a predicatione intactus<sup>a</sup> hereticam secum labem, domum repetens, reportabit<sup>b</sup>.’ Tali ergo sub conditione populo predicare disponitur, ut erecto uestimentorum cumulo in altum terrę unus desuper stando predicaret; at quicumque tali sermonis gratia ditaretur, ut in cunctorum auribus, qui ex longo distabant, eius insonaret loquela, metropolitanus archiepiscopus omnium fieret consensu. Deinde constituto loco, cui nomen Breui, erecta uestimentorum turre, predicare nituntur, sed quasi obstruso<sup>c</sup> gutture uix ad proximos quosque sermo progreditur. Populus expectat uerbum, sed maxima pars non audit. Alter post alterum disputare conatur, sed nichil ualent. Fit magna <sup>d</sup>angustia. Timent populum, indiscussa heresi, ‘ad sua remeare. ‘Predicauimus,’ inquit, ‘et nichil lucramur. Incassum ergo noster redigitur labor.’ Assurgens autem episcoporum quidam, Paulinus dictus, cum quo quondam sanctus Daud<sup>f</sup> pontifex legerat, ‘Est,’ inquit, ‘quidam, qui a patriarcha episcopus factus, nostrę adhuc non affuit synodo, uir facundus, gratia plenus, religione probabilis, cui angelus comes est, uir amabilis, uultu uenustus, forma preclarus, quatuor cubitorum statura erectus. Illum ergo meo inuitate consilio.’

**50** NUNTII protinus mittuntur, perueniunt ad sanctum episcopum, nunciant ad quod uenerant. Sanctus autem episcopus renuit, ‘Nemo,’ inquit, ‘temptet me. Quod ipsi nequeunt, qualis sum ut ego possim? Agnosco humilitatem meam. Ite in pace.’ Secundo et tertio legati mittuntur, sed neque sic adquiescit. Tandem sanctissimi uiri ac fidelissimi mittuntur fratres, Daniel et Dubricius. Sanctus autem Daud<sup>a</sup> episcopus, prophetię spiritu preuidens, inquit<sup>b</sup> ad fratres, ‘Hodie, fratres, sanctissimi uiri nos adeunt. Lęto animo eos excipite. Pisces cum pane et aqua adquirete.’ Adueniunt fratres, mutuo se salutant, spirituali utuntur colloquio. Prandium apponitur. Firmant nunquam se suo monasterio pransuros, nisi secum ad synodum recurrat. Sanctus autem ad hęc dixit, ‘Negare uobis non possum. Prandete. Pariter uisitabimus synodum, sed tunc predicare nequeo. Orationibus tamen quantulumcunque iuuamen feram.’

§ 49

<sup>a</sup> intactus VND ] uel extorris *above line* V

<sup>b</sup> reportabit VN<sup>5</sup>D<sup>67</sup> ] reportat N<sup>123469</sup>D<sup>12</sup> reportet D<sup>34</sup>

<sup>c</sup> obstruso V ] obruso ND ‘as if the throat had been swallowed’; cf. § 5 ‘*clauso gutture*’.

<sup>d</sup> <in episcopis> angustia D

<sup>e</sup> ad sua VN<sup>23</sup>D<sup>467</sup> ] sua *cett.* The omission of *ad* appears to have been a mistake often passed on but more than once corrected.

<sup>f</sup> Daud V ] Dewi ND

§ 50

<sup>a</sup> Daud V ] Dewi ND

<sup>b</sup> inquit V

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

§ 49. Since the Pelagian heresy was reviving – inserting its obstinate strength in the inmost parts of the country like the poison of a venomous snake, even after Saint Germanus had come to help a second time<sup>92</sup> – a universal synod of all the bishops of Wales was assembled. So one hundred and eighteen bishops were gathered, and an incalculable multitude of presbyters, abbots and other orders, kings, princes, laymen, and women, was present, so that a vast crowd covered the whole of the surrounding area. The bishops were muttering among themselves, saying, “There is such a mass of people here, no lone voice – not even the sound of a trumpet<sup>93</sup> – will be heard by all of them. Nearly all the people, therefore, will be untouched by the preaching, and they will take the heretical blemish away with them when they return home.” Hence, it was arranged that they should raise up a heap of clothes on the high ground and that one person should stand upon it to preach to the people; also, that if anyone were endowed with such a gift of speech that his words could be heard by everyone, even those who were far off, he should, by everyone’s consent, be made metropolitan archbishop. Then, at an appointed place called Brefi, having raised a tower of clothes, they each endeavoured to preach; but their words – as if swallowed in their throats – scarcely reached the people who were nearest. The people waited for the sermon, but most of them could not hear. One after another attempted to preach, but to no avail. A great dilemma arose: they feared that the people would return home without shaking off the heresy. “We have preached,” they said, “but with no profit; therefore our labour is rendered useless.” And standing up, one of the bishops, called Paulinus, with whom the holy pontiff, David, had once studied, said, “There is one who was made a bishop by the Patriarch, who has not yet been present at our synod. He is an eloquent man, full of grace, whose religion is proven; he is the companion of angels, an amiable man, good looking, with a splendid figure, and four cubits in height. I therefore advise you to invite him.”

§ 50. Messengers were immediately sent. They came to the holy bishop, and told him why they had come. But the holy bishop refused, saying, “Let no one tempt me. What sort of a man am I that I should be able to do what they cannot? I acknowledge my humility. Go in peace.” Messengers were sent a second and a third time, but not even then would he comply. At last, those very holy men, the most faithful brethren, Deiniol and Dyfrig, were sent. Saint David, however, foreseeing by the spirit of prophecy, said to his brethren, “Today, brothers, some most holy men are coming to us. Receive them in a joyful spirit. Procure fish in addition to bread and water.” The brethren arrived, they greeted each other, and talked about spiritual matters. Dinner was served, but they declared that they would never dine in his monastery unless he came back with them to the synod. To which David said, “I cannot refuse you. Eat your dinner. We shall visit the synod together; but I cannot preach then. I shall give you my help – small as it is – with my prayers.”

<sup>92</sup> A reference to the two visits to Britain of St Germanus of Auxerre as described in the *Vita S. Germani* by Constantius, §§ 12–15, 25–7 (ed. Levison, in *Passiones*, ed. Krusch and Levison, i. 247–83). His British legacy included, in the eyes of Rhygyfarch, a disciple Paulinus (§ 10 above).

<sup>93</sup> A biblical cliché: cf. 2 Chr. 15.14; Neh. 4.20; Job 39.24; Is. 18.3; Jer. 42.14; Am. 2.2; Zeph. 1.16.

**51** PROFICISCENTES<sup>a</sup> autem ad proximum synodi locum perueniunt, et ecce iuxta funestum audierunt luctum. Sanctus autem ad socios ait, ‘Ego ubi ingens habetur ululatus pergam.’ Responderunt autem socii et dixerunt, ‘Nos congregationem adibimus<sup>b</sup>, ne nostra tarditas expectantes molestat.’ Vir uero Dei egrediens, ‘perrexit ad locum<sup>c</sup>, ubi luctus aderat<sup>d</sup>, ‘iuxta amnem Theibi<sup>1</sup>. Et ecce orbata mater corpus extincti pueri<sup>e</sup> seruabat, <sup>e</sup>‘qui Magnus uocabatur<sup>1</sup>. ‘Beatus uero Dauid,<sup>1</sup> consolans matrem, monitis subleuauit eam<sup>f</sup> salutaribus. At illa<sup>g</sup>, audita eius<sup>h</sup> fama, ante pedes eius corruens, importunis deprecatur clamoribus, ut sui miseretur<sup>i</sup>. Compassus autem ‘uir Dei<sup>1</sup> infirmitati humanę, ad corpus extincti accedens, faciem lacrimis rigauit, ‘atque super defuncti funus corruit, orauitque ad Dominum et dixit, ‘Domine, Deus meus, qui in hunc mundum pro nobis peccatoribus de sinu Patris descendisti, ut nos redimeres de faucibus antiqui hostis, miserere istius uidue, et da uitam unico filio suo, atque inspira in eo spiraculum uite, ut magnificetur nomen tuum in uniuersa terra.’<sup>1</sup> Tandem ‘uero<sup>1</sup> calefactis membris, redeunte anima, corpus intremuit, tenensque pueri manum, ‘uiuum et<sup>1</sup> sanum matri restituit. Mater autem tristes fletus in letas uertit lacrimas, dicens, ‘Michi mortuus filius erat, tibi uero et Deo amodo uiuat.’ Accipiens autem sanctus uir puerum, euangelii textum, quod semper in pectore gerebat, eius humeris imposuit, atque secum ad synodum ire fecit, qui<sup>j</sup> postea, uita comite, ‘multis annis<sup>1</sup> sanctam duxit conuersationem. ‘Et omnes, qui uiderunt illud miraculum, laudauerunt Dominum et Dauid agium.<sup>1</sup>

**52** SYNODUM inde ingreditur. Gaudet episcoporum turba. Populus letatur. Omnis exultat exercitus. Predicare petitur. Concilii sententiam non respuit. Iubent constructum uestibus cumulum<sup>a</sup> conscendere, <sup>b</sup>‘at ille recusauit. Iussit itaque puerum nuper resuscitatum sudarium suum sub pedibus suis exponere. Ipse quidem, super illud stans, euangelium et legem quasi ex buccina exposuit. Coram<sup>1</sup> autem cunctis niuea celitus emissa columba in eius humeris resedit, que tamdiu permansit quamdiu ille predicauit. Cum autem clara uoce omnibus et qui in proximo et qui in longinquo erant equaliter predicaret, terra sub ipso accrescens attollitur in collem. Ab omnibus, in summo positus, cernitur, ut in montem excelsum stans quasi tuba exaltaret uocem

§ 51

<sup>a</sup> proficiscentes VN<sup>156</sup> ] proficiscentibus N<sup>2349</sup>D

<sup>b</sup> adibimus V ] adeamus ND

<sup>c</sup> perrexit ad locum V ] affuit ND

<sup>d</sup> aderat V ] adesset ND

<sup>e</sup> pueri V ] iuuenuli ND

<sup>e</sup> qui Magnus uocabatur V ] cui barbara imperitia magnum nomen dederat ND

<sup>f</sup> eam V ] om. ND

<sup>g</sup> illa <mater> D

<sup>h</sup> eius V ] illius ND

<sup>i</sup> misereretur V ] misereatur ND, *correcting the sequence of tenses.*

<sup>j</sup> qui ND ] quique V

§ 52

<sup>a</sup> cumulum V ‘heap’ ] tumulum ND ‘mound’ *The writing of t and c in V is sometimes misleading (e.g. in § 56 parciuntur for partiuntur), but the intended sense is ‘a heap of clothes’.*

<sup>b</sup> conscendere. Rogat autem solum sibi sudarium superponere. Videntibus autem cunctis N<sup>23</sup>D conscendere. Coram N<sup>14689</sup> *If the omission were made in the archetype of ND, we should need to conjecture contamination from V; it is possible that the archetypal reading of ND retained the sentence Rogat ..., omitted by most N witnesses, while D has replaced Coram with Videntibus.*

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

§ 51. Going forth, they came to a place near the synod, and behold, they heard a woeful mourning near them. And the holy man said to his companions, "I shall go to the place where this great lamentation is." His companions answered and said, "We shall go to the assembly in case our delay annoys those who are waiting." The man of God went on and came to the place of lamentation, near the river Teifi. And behold, a bereaved mother was holding the body of her dead son, who was called Magnus.<sup>94</sup> And the blessed David, consoling the mother, comforted her with salutary advice. But having heard of his fame and throwing herself at his feet, she beseeched him with distressing cries that he should have pity on her. The man of God, sympathetic to human infirmity, approached the body of the dead child and watered its face with tears.<sup>95</sup> Then he fell upon the corpse of the deceased and prayed to the Lord, and said, "O Lord my God, who descended to this world from the bosom of the father for us sinners in order that you might redeem us from the jaws of the ancient enemy; have pity on this widow and give life to her only son,<sup>96</sup> and inspire in him the breath of life,<sup>97</sup> so that your name may be magnified in all the earth."<sup>98</sup> At length the boy's limbs became warm and the body trembled as his soul returned, and taking hold of the boy's hand,<sup>99</sup> he restored him, alive and well, to his mother.<sup>100</sup> And the mother turned her sorrowful weeping into tears of joy, and said, "My son was dead, but through you and through God he lives from now on." And the holy man took the boy, and placed on his shoulders the gospel book that he always carried in his bosom; and he made him go with him to the synod. Afterwards, for many years, he led a holy life for as long as he lived. Everyone who saw the miracle praised the Lord and the holy David.

§ 52. Then he made his way to the synod. The assembly of bishops rejoiced, the people were glad, and the whole gathering exulted. He was asked to preach, and he did not reject the decision of the council. They ordered him to ascend the built-up heap of clothes, but he refused. Instead, he ordered the boy recently raised from the dead to place a handkerchief under his feet. Standing on it, he explained the Gospel and the law as if from a trumpet. Before everyone's eyes a snow-white dove, sent from heaven, settled on his shoulders and remained there as long as he preached.<sup>101</sup> And while he preached, which was with so clear a voice that he was heard by everyone – equally by those who were nearest and those who were farthest off – the earth under him swelled and was raised to a hill. Lifted up in this way, he could be seen by all as though he were standing on a high mountain, and he

<sup>94</sup> This miracle is an allusion to the raising of the widow's son at Nain in Lk. 7.11–15.

<sup>95</sup> cf. Lk. 7.44.

<sup>96</sup> *unicus filius*: cf. Lk. 7.12, 8.42, 9.38.

<sup>97</sup> *spiraculum uitae*: Gen. 2.7 and 7.22.

<sup>98</sup> *magnificetur nomen tuum in uniuersa terra*: cf. Ps. 8.9, *quam grande est nomen tuum in uniuersa terra*, 'O Lord, our Lord, how great is thy name in all the earth!'; 2 Sam. 7.26, 1 Chr. 17.24, *magnificetur nomen tuum*.

<sup>99</sup> cf. Mk. 5.41.

<sup>100</sup> cf. Lk. 7.15.

<sup>101</sup> An allusion to approbation of Christ by the Spirit at his baptism (Mt. 3.16; Mk. 1.10; Lk. 3.22; Jn. 1.32); a dove had also instructed David in his youth, § 8.

suam; in cuius collis cacumine ecclesia sita est. Heresis expellitur. Sanis pectoribus fides roboratur. Omnes consentiunt. Grates Deo sanctoque <sup>c</sup>Dauid soluuntur. **53** Deinde omnium ore benedictus atque magnificatus, cunctorum consensu episcoporum, regum, principum, optimatum, et omnium ordinum totius Britannicę gentis archiepiscopus constituitur, nec non ciuitas eius totius patrię metropolis dedicatur, ita ut quicunque eam regeret, archiepiscopus haberetur. **54** Expulsa igitur heresi, catholicę et ecclesiasticę regulę decreta firmantur, quę crebra atque crudeli hostium irruptione exinanita ac pene obliuioni data, euanuerunt<sup>a</sup>. Ex quibus, quasi graui sompno expergefacti, bella Domini certatim quique peregere. Quę in uetustissimis patris scriptis sua sancta manu mandata ex parte inueniuntur. **55** Deinde succedente temporum serie alia colligitur synodus, cui nomen Victorię, in qua, collecta episcoporum, sacerdotum, abbatum turba, ea quę in priori firmauerant adiectis etiam de aliquantis utilitatibus firmo rigoris examine renouant. Ex his igitur duabus synodis omnes nostrę patrię ecclesię modum et regulam Romana auctoritate acceperunt, quarum decreta, quę ore firmauerat, solus ipse episcopus sua sancta manu litteris mandauit. **56** Per cuncta igitur totius patrię loca monasteria construxere fratres. Passim ecclesiarum signa audiuntur. Passim orationum uoces ad sidera eleuantur. Passim uirtutes ad ecclesię sinum indefessis humeris reportantur. Passim caritatis uota patenti manu egenis partiuntur. Sanctus autem Dauid<sup>a</sup>, episcopus, <sup>b</sup>cunctorum summus speculator<sup>b</sup>, summus protector, summus predicator, a quo omnes normam atque formam recto uiuendi itinere acceperunt, <sup>1</sup>'effectus est'. Ipse cunctis ordo, ipse dedicatio, ipse benedictio, ipse absolutio, correctio, legentibus doctrina, egentibus uita, orphanis nutrimentum<sup>c</sup>, uiduis fulcimen, patrię caput, monachis regula, secularibus uia, omnibus omnia. Quanta monachorum examina seminauit. Quanta cunctis utilitate profuit. Quanta uirtutum gloria claruit. **57** <sup>1</sup>'Dederuntque uniuersi episcopi manus et monarchiam atque bragminationem Dauid agio, et consenserunt omnes licitum esse refugium eius, ut daret illud omni stuproso et homicidę et peccatori omnique maligno, fugienti de loco ad locum, pre omni sancto ac regibus et hominibus totius Britannicę insulę in omni regno et in unaquaque regione, in qua sit ager consecratus Dauid agio. Et nulli reges nec seniores neque satrape sed neque episcopi principesue ac sancti audeant pre Dauid agio refugium dare. Ipse uero refu-

<sup>c</sup> <episcopo> Dauid D

§ 54

<sup>a</sup> euanuerunt V ] eneruauere ND euanuere N<sup>69</sup>, *presumably an attempt at correction. It is unclear whether eneruauere was a twelfth-century embellishment or an error; the word is usually transitive 'to make weak'.*

§ 56

<sup>a</sup> Dauid V ] Dewi ND

<sup>b</sup> cunctorum summus speculator V ] summus cunctis inspeculator ND

<sup>c</sup> nutrimentum V ] nutrimen ND

raised his voice like a trumpet. A church is situated on the top of that hill now. The heresy was expelled; the faith was confirmed in sound hearts; all were in agreement; thanks were rendered to God and Saint David. § 53. Then, blessed and extolled from everyone's mouth, he was appointed archbishop by the consent of all the bishops, kings, princes, nobles, and all ranks of people of the whole British nation. In the same way, his monastery was dedicated as the metropolitan church of the whole country, so that whoever might govern it should be accounted archbishop. § 54. The heresy therefore having been expelled, the decrees of a catholic and ecclesiastical rule were confirmed.<sup>102</sup> These decrees, made void and nearly consigned to oblivion by the frequent and cruel disruption of enemies, had died away. Through them, as if awakened from a deep sleep,<sup>103</sup> everyone earnestly fought the battles of the Lord. These decrees are found, in part, in very old documents of the father, written by his holy hand. § 55. Afterwards, in the subsequent course of years, another synod was convened, named the Synod of Victory.<sup>104</sup> Here, a large company of bishops, priests, and abbots assembled, and they reaffirmed what was settled in the former synod. They also added a number of useful measures, after close and rigorous scrutiny. As a result of these two synods, therefore, all the churches of our country received their pattern and rule by Roman authority; the decrees of these synods, which he had confirmed with his mouth, he – the bishop alone – committed to writing with his own holy hand. § 56. Throughout every part of the whole country, therefore, the brethren built monasteries. Everywhere, the sound of church bells was heard. Everywhere, the voices of prayers were raised to the heavens. Everywhere, virtues were borne back to the bosom of the church on unwearied shoulders. Everywhere, gifts of charity were freely distributed to the needy. And Saint David, the chief overseer, the principal protector, the consummate preacher, from whom everyone received the pattern and form of living in the right way, was made bishop. To everyone he represented holy orders, he was dedication, he was benediction, absolution, correction; he was learning to students, he was life to the poor, nourishment to orphans, support to widows, a head to the country, a rule to monks, a true way to the secular: he was all things to all men.<sup>105</sup> He planted such great multitudes of monks; he benefited everyone with such great service; he shone with so much glory of miracles. § 57. And the whole episcopate gave power, sovereignty, and princely authority<sup>106</sup> to the holy David; and they all agreed that he should be allowed his privilege of immunity, that he might grant sanctuary to every rapist, murderer, sinner, and every miscreant who was fleeing from place to place, above every holy man, and kings, and the men of the whole of the British island, in every kingdom and in every region in which there may be an estate consecrated to the holy David. And no kings, nor nobles, nor governors, and neither bishops, abbots, nor holy men dared to grant sanctuary above the holy David. Indeed, his privilege has precedence over that of

<sup>102</sup> This apparent reference to a Rule of St David is reinforced by the two mentions of ancient manuscript copies in §§ 54, 55.

<sup>103</sup> Gen. 45.26; Sir. 22.8.

<sup>104</sup> The Synod of the Grove of Victory, a set of canons with which the Penitential of David travelled, is undoubtedly British, with its reference to the wickedness of betraying Britons to the marauding Anglo-Saxons (ed. Bieler, *The Irish Penitentals*, 68: *Qui praebeant ducatum barbaris ... [barbaris in this context can refer to none other than the Anglo-Saxons]*).

<sup>105</sup> See note 32, above.

<sup>106</sup> The word *bragminatio* is found only in this text (§§ 5, 57), and the adjective *bragmaticus* a few lines below. In both contexts, V has an interlinear gloss, *bragminatio* 'principatus uel dignitas' (§ 5), and *bragmaticus* 'princeps' (here). If the words are derived from *bragmannus* 'brahmin', then etymologically they refer to a status of honour and respect.

gium ducit ante unumquemque hominem, et nemo ante ipsum, quia ipse est cephal  
vi. caput/ et preuius ac bragmaticus vi. princeps/ omnibus Brittonibus. Et statuerunt  
omnes sancti anathema esse et maledictum quisquis non seruauerit illud decretum,  
scilicet, refugium sancti Dauid.<sup>1</sup> **58** Sicque ad senium perductus omnis Brittannice  
gentis caput et patrię honor canebatur, quod senium centum quadraginta septem ad  
modum annis compleuit.

**59** CUM autem ad compensanda meritorum premia sacrata immineret dies, .viii.  
kalendarum Martii fratribus matutinas horas celebrantibus, angelus ad eum locutus  
clara profatus<sup>a</sup> uoce, ‘Desiderata,’ inquit, ‘dudum dies iam in proximo habetur.’  
Sanctus autem episcopus, amicam noscens uocem, exultanti animo ad eum dixit,  
‘Nunc dimitte seruum tuum, Domine, in pace.’ Fratres autem sonum tantum  
auribus capientes nec tamen uerborum discrimen intelligentes, audierant enim  
eos colloquentes pariter, exterriti ceciderunt in terram. Tunc angelorum concen-  
tibus odorisque saporiferi fragrantia tota impletur ciuitas. Sanctus autem episcopus  
clamans uoce magna erecta in celum mente, loquitur, ‘Domine Iesu Christe, accipe  
spiritum meum’. Angelus iterum conspicua uoce, fratribus intelligentibus, inquit,  
‘Prepara te et precinge. Kalendis Martii Dominus<sup>b</sup> Iesus Christus, multa constipatus  
angelorum militia, in obuam tibi<sup>c</sup> adueniet.’ **60** His auditis, fratres concussis singul-  
tibus nimium fecerunt<sup>a</sup> planctum. Ingens exoritur tristitia. Fletibus ciuitas redundat<sup>b</sup>,  
dicens, ‘Sancte ‘Dauid,<sup>1</sup> episcopo, aufer tristitiam nostram’. Ille autem demulcens  
eos blandisque consolationibus sustollens, aiebat, ‘Fratres, constantes estote. Iugum,  
quod accepistis ‘unanimis<sup>1</sup> ad finem perducite, ‘et quecunque mecum uidistis et  
audistis, custodite et implete<sup>1</sup>.’ Ab illa ergo hora usque ad diem obitus sui in ecclesia  
remanens, ‘omnibus<sup>1</sup> predicabat.

**61** FAMA itaque<sup>a</sup> illa per uniuersam<sup>b</sup> Britanniam <sup>c</sup>‘Hiberniamque uelocissime in  
una die portata est ab angelo, dicens,<sup>1</sup> ‘Scitis quia in sequenti ebdomada <sup>d</sup>‘dominus  
uester, Dauid agius, de hac luce migrabit ad Dominum<sup>1</sup>. **62** Tunc <sup>a</sup>concursum sanc-  
torum undique<sup>b</sup> ueluti apes procella imminente <sup>c</sup>alueario accedunt<sup>c</sup>, ad sanctum

§ 59

<sup>a</sup> profatus VND ] profatur N<sup>5</sup>D<sup>347</sup>; cf. § 5.

<sup>b</sup> Dominus noster ND, *more likely an accidental addition than an inadvertent omission in V.*

<sup>c</sup> tibi VN ] tui D

§ 60

<sup>a</sup> fecerunt VN ] egerunt D

<sup>b</sup> redundat V ] resultat ND

§ 61

<sup>a</sup> itaque V ] autem ND

<sup>b</sup> uniuersam V ] totam ND

<sup>c</sup> atque Hiberniam ab angelo portata discurrit. Sic enim aiebat ND

<sup>d</sup> sanctus episcopus Dewi migrabit in celum ND

§ 62

<sup>a</sup> concursus sanctorum V ] sanctorum concursus ND

<sup>b</sup> undique V ] utrimque ND

<sup>c</sup> alueario accedunt V ] alueario procedunt ND *The point is surely that the bees hasten home to the hive when storm threatens. The reading of ND appears to take alueario as ablative, ‘as bees proceed from the hive’, but that is the opposite of the sense. Perhaps the archetype read aluariū (accusative aluearium; cf. aluariis in § 43), and the ū was mistaken for o.*

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

every man, and no one is above him, for he is head and leader and prince of all the Welsh.<sup>107</sup> And all the holy men established that everyone who did not observe that decree concerning the sanctuary of Saint David should be anathema and cursed. § 58. So it was that, having been brought to old age, he was extolled as the head of all the British nation, and the honour of that country, and he completed this old age to the measure of 147 years.<sup>108</sup>

§ 59. When the day was approaching on which he would be repaid with the sacred reward of his merits, 22 February, as the brethren were celebrating Matins, an angel spoke to him, talking with a clear voice: "The day that has long been desired," he said, "is now accounted near." The holy bishop, recognizing the friendly voice, said to him with a joyful spirit, "Lord, now let your servant depart in peace."<sup>109</sup> But the brethren, only catching the sound in their ears but not discerning the separation of the words – for they had also heard them talking – were terrified and fell to the ground. Then the whole monastery was filled with the music of angels and the sweet-smelling fragrance of perfume. And the holy bishop, calling out in a loud voice, his mind lifted to heaven, said, "Lord Jesus Christ, receive my spirit."<sup>110</sup> Again the angel said with an audible voice, the brethren understanding him, "Make ready and gird yourself. On 1 March the Lord Jesus Christ, accompanied by a great host of angels, will come to meet you." § 60. Having heard these things, the brethren, with distraught sobbing, raised a great lamentation. A remarkable sorrow arose. The monastery overflowed with weeping, saying, "O holy Bishop David! Take away our sorrow!" And calming them with kind words of comfort, and supporting them, he said, "Brethren, be steadfast. Bear to the end the yoke that you have unanimously accepted; and whatever you have seen and heard with me, keep it and fulfil it." From that hour, therefore, to the day of his death, he remained in the church, preaching to everyone.

§ 61. And so the news was carried very quickly, in one day, throughout the whole of Wales and Ireland, by an angel saying, "Know that next week, your lord, the holy David, will depart from this light to the Lord." § 62. Then crowds of holy men came from all sides – just as bees hasten home to the hive when a storm threatens – and quickly made haste to visit the holy father. The monastery overflowed with tears, wailing resounded to the stars; young men grieved for him as their father, and old men as their son; and on the intervening Sunday, a great multitude heard him preach a most excellent sermon; he consecrated the Lord's Body with untrembling hands,

<sup>107</sup> *i. princeps omnibus Brittonibus*, a gloss on the word *bragmaticus*, for which see previous note.

<sup>108</sup> Jacob's age: Gen. 47.28.

<sup>109</sup> Lk. 2.29.

<sup>110</sup> Acts 7.58.

patrem uisitandum uelociter festinant<sup>d</sup>. Lacrimis ciuitas exundat. Vlulatus ad sidera resonat. Iuuenes ut patrem, senes ut filium lugent. Die autem interueniente dominica, audiente maxima multitudine, nobilissimam faciens predicationem, intemeratis manibus dominicum sacrabat corpus. Participato autem corpore et sanguine Domini, mox dolore correptus infirmabatur. Finito officio benedictoque populo, alloquitur omnes dicens, 'Fratres mei, perseuerate in his que a me didicistis et mecum uidistis. Ego tertia feria in kalendis Martii patrum uiam ingrediar. Vos 'ualete in Domino. Ego autem proficiscar. 'In hac terra nunquam nos amplius uisuri sumus.' Tunc omnium fidelium uox erecta est in luctum et in lamentationes, dicens, 'O utinam absorberet nos terra, combureret nos ignis, cooperiret nos mare. O utinam subita irruptione mors corriperet nos. Vtinam montes irruerent super nos'. Omnes pene succumbebant morti.<sup>7</sup> A nocte uero dominica usque ad quartam post eius obitum feriam, flebiles, ieiuni, uigiles, omnes permansere aduenientes. **63** Veniente itaque tertia feria, ad pullorum cantus angelicis ciuitas impletur choris, celicis modulata cantibus, odore referta suauissimo. Matutina uero hora, clero psalmorum hymnos ad cantica reddente, Dominus Iesus sui presentiam ad patris consolationem impertiri<sup>a</sup>, ceu per angelum promiserat, dignatus est. Eo uiso, totus in spiritu exultans, 'Tolle me,' inquit, 'post te.' Cum his uerbis, Christo comite, uitam Deo reddidit<sup>b</sup>, atque angelica comitatus caterua, celestia petiit<sup>c</sup> limina.

**64** <sup>r</sup>O QUIS tunc posset ferre sanctorum fletus, egra suspiria anachoritarum, gemitum sacerdotum, rugitus discipulorum dicentium, 'A quo docebimur?', planctum peregrinorum dicentium, 'A quo adiuuabimur?', desperationem regum dicentium, 'A quo ordinabimur, corrigemur, instituemur? Quis clementissimus pater sicut Daudid? Quis interpellet pro nobis ad Dominum?', lamentationes populorum, ululatum pauperum, uociferationes infirmorum, clamorem monachorum, lacrimas uirginum, coniugatorum, penitentium, iuuenum, iuencularum, puerorum, puellarum, infantium sugentium mamillas? Quid moror? Omnium uox una plangentium erat, reges enim ut arbitrum lugebant, seniores ut fratrem plangebant, adolescentes ut patrem illum honorabant, immo quem omnes ut Deum uenerabantur.<sup>7</sup> **65** Corpus itaque eius, sanctorum fratrum ulnis apportatum, magno constipatum comitatu, honorifice terre mandatum, in sua sepelitur ciuitate. Anima uero eius sine ullo decidui qui termino per infinita coronatur secula seculorum. <sup>a</sup><Ipse<sup>b</sup> nos suis<sup>c</sup> intercessionibus coniungat angelorum ciuibus, cuius deuote celebramus sollempnitatem in terris, prestante <sup>d</sup>Deo et Domino nostro Iesu Christo, cui est honor et gloria per infinita seculorum secula.> Amen.<sup>e</sup>

<sup>d</sup> festinant VN<sup>123689</sup>D<sup>47</sup> ] festinat N<sup>45</sup>D<sup>128</sup> *The manuscript evidence suggests that the archetype read festinant, showing that concursus was intended as a plural; several scribes have chosen to take it as singular.*

<sup>e</sup> ualete in Domino V ] in Domino ualete ND

§ 63

<sup>a</sup> impertiri V ] impertire ND

<sup>b</sup> reddidit V ] reddit ND

<sup>c</sup> petiit V ] petit ND

§ 65

<sup>a</sup> *habet* VN<sup>123</sup> ] *om. cett.*

<sup>b</sup> ipse V ] ille N<sup>123</sup>

<sup>c</sup> suis <sanctis> N<sup>12</sup>

<sup>d</sup> Deo et V ] eodem N<sup>12</sup>

<sup>e</sup> *Several later manuscripts conclude, per infinita coronatur secula seculorum. Amen. Those that continue are* V N<sup>12345</sup>D<sup>12347</sup>.

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

and having partaken of the Body and Blood of the Lord, he was seized with pain, and became weak. Having finished the office and blessed the people, he addressed them all, saying, "My brothers, persevere in those things that you have learned from me, and have seen with me; on Tuesday, 1 March, I shall enter the way of the fathers;<sup>111</sup> farewell in the Lord, for I shall go away; we shall not see each other any more in this world." Then the voice of all the faithful was raised in mourning and lamentation, saying, "O we wish that the earth would swallow us, that fire would consume us, that the sea would cover us. O we wish that death would seize us with an instant stroke; we wish that the mountains would rush violently upon us," and they were almost all giving themselves up to death. From the Sunday night to the Wednesday after his death, all who came remained weeping, fasting, and watching. § 63. And so, when the Tuesday arrived, the monastery was filled at the time of cock-crowing with angelic choirs singing heavenly songs, and was full of the sweetest fragrance. At the hour of Matins, when the clergy had sung their psalms and hymns, the Lord Jesus saw fit to bestow his presence for the consolation of the father, as he had promised by the angel. When he saw him, his whole being rejoiced in the spirit, and said, "Take me with you." Upon these words, with Christ as his companion, he gave back his life to God, and accompanied by an angelic escort, he sought the heavenly gates.

§ 64. O who could then endure the weeping of the holy men, the deep sighing of the hermits, the moaning of the priests, and the wailing of the disciples, saying, "By whom shall we be taught?"; the lamentation of pilgrims, saying, "By whom shall we be assisted?"; the desperation of kings, saying, "By whom shall we be ordained, corrected, appointed? Who is so merciful a father as David? Who will intercede for us to the Lord?" The lamentations of the people, the wailing of the poor, the crying of the sick, the clamour of the monks, the tears of the virgins, of married people, of penitents, of young men, of young women, of boys, of girls, and of infants sucking the breast? Need I go on? The voice of all the mourners was but one, for kings mourned him as a judge, the older people mourned him as a brother, the younger honoured him as a father, indeed all venerated him as they did God. § 65. And so his body, borne in the arms of the holy brethren, accompanied by a great retinue, and committed to the earth with honour, was laid to rest within his monastery. But his soul, released from the limits of this fleeting life, is crowned throughout the endless ages of eternity. May he whose festival we devoutly celebrate on earth unite us by his intercessions to the angelic citizens, with almighty God and our Lord Jesus Christ, to whom be honour and glory throughout the endless ages of eternity. Amen

<sup>111</sup> The mention of the day of the week naturally invites attempts to work out the year in which Rhygyfarch would have placed David's death; A.D. 589 or 601 are the usual choices (Dumville, *Saint David*, 3).

**66** HEC et alia plura, dum corruptibile et aggrauans animam gerebat habitaculum, sanctus operatus est pater [Dauid]<sup>1</sup>. Sed ex pluribus pauca ad restringendam ardentium sitim uili sermonis uasculo ministrauimus. Veluti cum quisque <sup>a</sup>angusto castioris fiale gremio emanantem perpetuo fonte fluuium ad siccum haurire<sup>b</sup> nequit, ita cuncta miraculorum signa ac deuotissimam uirtutum operationem preceptorumque obseruantiam nullus, quamuis stilo ferreo, cartis mandare poterit. Sed hec, ut diximus, ex plurimis pauca omnibus ad exemplum et patris gloriam in unum collegimus<sup>c</sup>, que in uetustissimis patrie, maxime ipsius ciuitatis, sparsim inuenta scriptis, que assidua tinearum edacitate ac annosis que terebraminibus per oras<sup>d</sup> et cardines corrosa, ac ex antiquo seniorum stilo conscripta, nunc usque supersunt. In unum cumulata, ueluti ex florifero diuersarum herbarum horto, quasi subtilissime apud rostro sugens, ad tanti patris gloriam et aliorum utilitatem, ne pereant, collegi. Ea uero, que continuis temporum interuallis, deposita carnis sarcina, ac contemplata facie ad faciem deitate, tantum uerius agit et operatus est quantum Deo coniunctus inherescit, ex multorum relatione<sup>e</sup>, qui uoluerit, agnoscere poterit. **67** Michi autem, qui Ricemarchus nominor, quique ingenioli mei capacitatem his, quamuis temerarius, subdidi, quicumque hec deuota perlegerint mente, precibus deferant iuuamen, ut, quia patris, ueluti uerni, clementia ad pauxillum intelligentie florem estiuo carnis ardore prouexit, tandem me ante mei cursus terminum, exsiccatis concupiscenti uaporibus, ad frugem bone messis maturis perducatur operibus, ut cum messores, separata inimici zizania, horrea celestis patrie purgatissimis impleuerint manipulis, me, ueluti nouissime messis fasciculum, intra celestis porte atrium, conspecto sine fine Deo, collocent, qui est benedictus super omnia Deus in secula seculorum. Amen.

---

**68** <sup>a</sup>DE GENEALOGIA SANCTI DAUID. INCIPIT genealogia sancti Dauid, archiepiscopi totius Britannie Dei gratia et predestinatione. Dauid fuit filius Sant, Sant filius Cheritic, Cheretic filius Cuneda, Cuneda filius Etern, Etern filius Patern, Patern filius Peisrud, Peisrud filius Doeil, Doeil filius Gurdeis, Gurdeil filius Dumn, Dumn

§ 66

<sup>a</sup> angusto castioris ND ] angustioris V

<sup>b</sup> haurire V ] exhaurire ND

<sup>c</sup> collegimus V ] conduximus ND

<sup>d</sup> oras ND ] horas V

<sup>e</sup> relatione V ] reuelatione ND

§ 68

<sup>a</sup> *The genealogical passage is peculiar to V and should not be considered a part of Rhygyfarch's work. After the explicit, V also adds the collect, secretum, and postcommunion from the mass for St David's feast.*

§ 66. The holy father David performed these and many other works while a perishable and troublesome habitation held his soul.<sup>112</sup> But out of his many works we have provided just a few examples in the feeble vessel of my narrative in order to quench the thirst of those who are eager. In the same way that no one with the shallow bowl of a frugal drinking cup<sup>113</sup> can drain dry a river that flows from a perpetual spring, so no one, however strong his pen, can commit to writing all his signs and miracles, his most devout practice of virtuous powers, and his observance of the commandments. But, as we have said, we have collected these few works out of the many into one place to be an example for everyone, and to the glory of the father. They have been found scattered in the most ancient writings of our country, and especially of his own monastery; and although the books were eaten away along the edges and the spines by the constant devouring of grubs and the ravages of the passing years, and written in the handwriting of our forefathers, they have survived until now. For fear that they should perish, I have collected and gathered them together – as the bee delicately sucks with its mouth in a flowery garden of diverse plants<sup>114</sup> – to the glory of so great a father and for the benefit of others. Anyone who wants will be able from the testimony of many people to acknowledge those things which David, over the passage of time since he laid down the burden of the flesh and has contemplated the Godhead face to face, does and performs all the more truly for being so much closer to God. § 67. And as for me, Rhygyfarch by name,<sup>115</sup> I have applied the ability of my modest intellect to each of these matters, however imprudent I may be, so that whoever may have read these things with a devout mind may assist me with their prayers; and that, since the Father's mercy, like that of a spring, has carried me through the summer heat of the flesh to the tiny flower of my understanding, it may finally, when the vapours of desire have dried up and before the end of my course, bring me the fruit of a good harvest through timely works. So when the tares of the enemy are separated and the reapers have filled heaven's garners with unsullied sheaves,<sup>116</sup> they may find a place for me within the entrance of the heavenly gates, as a little sheaf of the latest harvest, endlessly to behold God, who is blessed above all things, God for ever and ever.<sup>117</sup> Amen

---

§ 68. CONCERNING THE GENEALOGY OF SAINT DAVID

Here begins the genealogy of Saint David, archbishop of the whole of Wales, by the grace and predestination of God. David was the son of Sant, Sant the son of Ceredig, Ceredig the son of Cunedda, Cunedda the son of Edern, Edern the son of Padern, Padern the son of Peisrudd, Peisrudd the son of Doeil, Doeil the son of

<sup>112</sup> Wis. 9.15: *Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam.*

<sup>113</sup> Strictly, *angusto castioris fiale gremio* 'from the narrow bosom of a rather chaste cup'; compare § 3, *castioris prandii parcitate* 'by the frugality of purer food'. *Angustus*, like *parcitas*, in conjunction with *castior* may suggest monastic frugality.

<sup>114</sup> cf. Ieuan ap Sulien, *Carmen Iohannis de uita et familia Sulgeni*, line 108: *iam subtilis apes degustat flore sapes* (ed. Lapidge, 'The Welsh-Latin poetry', 86).

<sup>115</sup> This spelling is confirmed by the author's brother, Ieuan ap Sulien, in *Carmen Iohannis de uita familia Sulgeni*, line 129, where he writes, *Rycymarch* (ed. Lapidge, 'The Welsh Latin Poetry', 86); also by the spelling of the name, *s.a.* 1099, in *Annales Cambriae* and *Brut y Tywysogion*, where <e> and <y> appear, which would be impossible if it was an /i/ sound (Jackson, *Language and History*, 668).

<sup>116</sup> cf. the parable of the tares, Mt. 13.24–30, 36–43.

<sup>117</sup> Rom. 9.5.

*Richard Sharpe and John Reuben Davies*

filius Guordumn, Guordumn filius Amguoil, Amguoil filius Amguerit, Amguerit filius Omid, Omid filius Perum, Perum filius Dobun, Dobun filius Iouguen, Iouguen filius Abalach, Abalach filius Eugen, Eugen filius Eudolen, Eudolen filius Eugen, Eugen filius sororis Marie.

EXPLICIT VITA SANCTI DAUID EPISCOPI ET CONFESSORIS.

MISSA DE EODEM

DEUS, qui beatum confessorum tuum Dauid atque pontificem angelo nuntiante Patricio prophetante triginta annis antequam nasceretur predixisti, quesumus ut, cuius memoriam recolimus, eius intercessione ad eterna gaudia perueniamus, per <Dominum nostrum, Iesum Christum, Filium tuum, qui tecum uiuit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus per omnia secula seculorum>. <Amen>.

SECRETA

HOSTIAS laudis et preces deuotionis, quas tibi in honore beati confessoris tui Dauid atque pontificis, omnipotens Deus, deferimus, placatus intende; et quod nostrum non optinet meritum, tua clementia et illius pro nobis frequens intercessio efficiat per <Dominum nostrum, etc. Amen>.

POSTCOMMVNIO

REPLETI, Domine, participatione sacramenti, quesumus ut sancti Dauid confessoris tui atque pontificis meritis, cuius gloriosam celebramus festiuitatem, ineffabilis misericordie tue patrocina sentiamus, per <Dominum nostrum, etc. Amen>.

*Rhygyfarch's 'Life' of St David*

Gwrddeil, Gwrddeil the son of Dwfn, Dwfn the son of Gworddwn, Gworddwn the son of Afwyl, Afwyl the son of Afweryd, Afweryd the son of Ofydd, Ofydd the son of Perwm, Perwm the son of Dobwn, Dobwn the son of Ywein, Ywein the son of Afalach, Afalach the son of Ieuan, Ieuan the son of Euddolen, Euddolen the son of Ieuan, Ieuan the son of the sister of Mary.

HERE ENDS THE LIFE OF SAINT DAVID BISHOP AND CONFESSOR.

THE MASS OF THE SAME

O God, who foretold your blessed confessor and bishop, David, by the message of an angel to Patrick, prophesying thirty years before he was born; we pray that by the intercession of him whose memory we celebrate, we may attain eternal joys, for ever and ever. Amen.

SECRET

Almighty God, being appeased, accept the sacrifices of praise and the prayers of devotion that we offer to you in honour of your blessed confessor and bishop; and what our merit may not obtain, may your mercy and his frequent intercession for us effect, through our Lord, etc. Amen.

POST-COMMUNION

O Lord, being satisfied by the partaking of the sacrament, we pray that by the merits of your confessor and bishop, Saint David, whose glorious festival we celebrate, we may be mindful of the patronage of your inexpressible mercy, through our Lord, etc. Amen.